



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 7. De duobus locis ex primo Odarum Horatij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

ponit salient, aliquid sibi exinde prosperum, seu triste  
prosperari pradicunt. Tales saltus Graeco nomine voca-  
bant παλης: extatque liber Melampodis οει παληων,  
quo eius vanitatis quasi disciplina quaedam contine-  
tur. Sed & ultimus eiusdem diuerbij versus male in  
vulgatis libris ita legitur:

*Aque ipse egreditur penitus periurum caput:  
cum ita legi debeat,*

*Aque ipse egreditur Pœnus periurum caput.*

Pœnum enim vocat lenonem, cum significet esse in-  
fidum, periurum, fraudulentum, quales Pœni meri-  
tissimo & habebantur, & habentur. Ne illud quidem  
pigebit adscribere, quod paulo supra de se dixerat  
Calidorus:

*Quasi solstitialis herba paulisper fui:  
Repente exortus sum, repentinè occidi:  
eius herba mentionem & apud Ausonium in  
Professoribus, qui etiam, ut puto, hunc ipsum Plauti  
locum imitatus est his versibus:*

*Solstitialis velut herba solet,  
Ostentatus raptusque simul.*

De duobus locis ex primo Odarum Horati.

#### CAPUT VI.

APPD Horatium libro primo Odarum in ple-  
tisque veteribus libris ita legitur:

*Scriberis Vario fortis & hostium  
Vitor, Maonij carminis alite,  
Qua rem cumque ferox nauibus aut equis*

*Miles te duce gesserit.  
non, ut in vulgatis, Quam rem cumque eaque scriptu-  
ramihi vixior ac sincerior videtur, ut hoc dicat, Qua-  
cumque in parte terrarum miles Agrippæ ductu rem  
P 5 gesserit,*

et Muretti  
Lectiones  
LII  
28

gesserit, id est cum hostibus populi R. confundent  
eosque fuderit, ac fregerit, insignemque aliquam ve-  
ctoriam ex eis retulerit, Varium ea omnia veritate  
suis celebraturum. Hoc enim dicebant, rem gerere  
ut in epistola ad Augustum:

*Rem gerere & captos ostendere ciuibis hostes,  
Attingit solum Iouis.*

& senex Terentianus;

*In ipsa turba atque in peccato maximo  
Quod vix sedatum satis est, potius scelus,  
Quasi re bene gesta.*

Et in Fastis Capitolinis tam saepe legitur aliquem  
creatum esse dictatorem rei gerundae causa. At hoc  
fortassis leue alicui videbitur. Addam igitur aliud in  
dem leue: si forte quae singula parum habent ponde-  
ris, coniuncta ac congregata aliquid adquirant ad lan-  
cem deprimendam. In explicandis igitur primis ver-  
sibus odes illius qua Quintilij mors desferunt, differen-  
tio ab omnibus & vetustis & recentioribus, & illis  
*Qvis*, quod principio potius est, sexi casus, posteri-  
oris numeri esse arbitror. neque referendum ad illa  
nomina *pudor* & *modus*: sed ad nomen *cantus*. Per  
enim, ut mihi quidem videtur, poeta à Melpomene  
ut sibi præcipiat cantus lugubres quibus aut pudor aut  
modus aliquis imponatur desiderio Quintilij. Itaque  
delenda est illa interrogationis nota, quam post no-  
men *capitis* primus Paphlago inuexit.

*Illustratus locus Seneca ex epistola.*

CAPUT VIII.

**A**PUD disertissimum eumdemq. sapientissimum  
scriptorem Senecam, cuius inter ceteras sum-  
mas laudes hanc quoque non postremam esse statuo,  
quod